

**M**ultifarie multisque modis dominus uniuersorum in diebus sue carnis dignatus est honorare Romanum imperium dando in semetipso exemplum tanquam dominus et magister Romanum imperium fore ab omnibus honorandum honorauit quidem Cesarem dominus sue Regem Romanum mundum ingrediens in duobus. Et honorauit Imperium. Primo quod in tempore sui aduentus per ipsum Cesarem totum orbem pacificauit ut per ipsum domini precam pax esset in uniuersa terra ad significandum quod ipse esset pax nostra et precium ut dicit apostolus ad Colonicenses. Et reconcilianda erant omnia que sunt in celo et in terra unum patris. Posuit pro dicta id est iudicia facere reconciliacionis super terram ut auferret bella usque fines terre et alibi. Orietur in diebus domini habundantia pacis. Secundo in ingressu suo apparuit et honorauit Romanum Imperium. Mox ut natus est cesari Cesar se subdendo unum Augustinus. In glosa Super euang. luc. Sic dicit humilitas Christi commendat quod non solum incarnari uoluit sed etiam nasci illo tempore in quo natus mox census Cesaris subderetur natus est enim in diebus professionis que singuli ibant in ciuitates suas unum oriundi erant ut profiterentur tribum censum et regem. Sic ergo dominus mundum ingrediens dupliciter honorauit Romanum Imperium sue Cesarem ut uniuersum mundum in

